

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Resoluuntur aliqua dubia circa exigendam rationem conscientiæ. C. XIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

## XII. DE CONDITIONIB. BONIS SUPERIORIS.

151

fare certo quadam vocis tono, qui manifeste irrisio-  
nem & sarcasnum spiret, non laudationem, vel ani-  
mationem subdit.

Oculi. Labere subditum, vt in Superioris eiusdem  
vobculo disciplinam faciat, ob defectum tunc ei indica-  
rem.

Nond. Postquam subditus non dyscolus, nec pro tali  
habitus in Communitate, sed bone fama, dixit, qua di-  
cenda habuit, de se, vel pro se, illi non credere, sed dicere  
ei nullum existente probabili coniecturā quod se non a-  
parerit sincerè, & quod habeat casus reservatos occul-  
tos, & negant, dicere ei, quod mentitur, &  
quod non si alius, nisi ille, pro quo absoluendo dederat  
laetiam Confessio Domus, vt quendam, et si sibi non  
nominatum, ab iis absoluere; & sic subditum talia ne-  
gare cum indignatione a se ablegare.

Dicim. Subdit, dum indicat Superiori defectum  
alterius (qui in illo domicilio palam exstigmatum esse  
utriusque Superiori, et si non habeatur à Commu-  
nitate ceteris melior, & magis obseruans Regularum)  
non credere, sed statim excandescere contra deferen-  
tem illum alterius chari defectum, eumq; excusare, &  
defendere, cum magna verborum & gestuum vehe-  
mentia.

Videsim. Accepta ratione conscientia in solā Cō-  
fessione Sacramenti, expedita à subdito, & concessa à  
Superiore, exigere ab illo, vt aliquid (quod anteā non  
potuit recipere, notum sibi tamen, sed non notos sibi au-  
tores, & cooperatores facti) extra Confessionem de se,  
vt de alio dicat, quod aliquo dicere non tenetur ad  
palorem Confessionis, & ad obtainendam absolutionem.  
Sed tam tantum id Superior exigit, vt reficiat à subdi-  
to extra confessionem posse punire in foro exteriori de-  
linquentes.

Duodecim. Reuelare delato, vel alteri eius nomen,  
qui aliquem Superiori dentit in tali casu, in quo non  
est necessarium ad emendationem manifestati à defec-  
tive defectu, deferentem nominare, & si si nominare  
grave odium, & inuidiam apud delatum, & ami-  
citudini, incurreret.

Dicimotertio. Post acceptam ab aliquo rationem  
conscientia, dicere alteri, de eo, qui eam reddidit: O be-  
ni illius. Recordabitur mei diu: docui illum mores,  
& his similia: ex quibus & is, qui talia audiuit, agno-  
sco subditum illum esse male tractatum à Superiori in  
manifestatione conscientia: & timere potest, ne idem  
Superior de se ducat aliis similia, in simili occasio-  
ne.

Dicimoquartio. Coram subdito in ratione conscientia  
dicere defectus alterius subditi, in talibus circum-  
stantiis, in quibus non est illa necessitas, quod ei dicendi,  
qualis esset exempli gratia, vt se subtrahat à conversa-  
tione cum tali, ne ab eo inficiatur, malis dictaminis  
sec. sed mērē id dicere quia habet Superior notam  
alii antipathiam cum altero illo subdito.

Dicimoquintio. Laudare aliquid in subdito ratio-  
nen conscientia reddente, aliam tamen nationem, vel  
personam carpe, dicendo hec, & his similia verba:  
Placet mihi in vobis hec res N. bona est, nisi eam didi-  
cetis à tali natione N. vel à tali personā N. tali virtu-

N. laborante nominando & defectum, v.g. politiū, &  
personam, & nationem.

Dicimosextio. Antiquos defectus, antea sufficienter à  
se, vel ab alio Superiori punitos, exprobrare aliam vti-  
litatem subdit ex hac exprobatione non allataro, nisi  
vi magis confundatur, & plenus confusione abeat.

Respondit Pater Noster: Quid ad hoc questum  
quo ad omnes suas partes respondendum sit: satis con-  
stat ex Instructione 11 de hac ipsa materiā. Optima  
regula in hoc rōto negotio est, ne quid omnino fiat, quo  
subditi à suā aperiendā conscientiā deterreantur. At-  
qui omnes supradicti modi valde deterrent ab  
aperiendā conscientiā.

Quiesci secundo. Quid respondendum est tali Supe-  
riori, si consilium hac in re petens, offendere necessariū  
adhibendos esse in exigendā ratione conscientiā modos  
suprascriptos; tum quia dicit lenitate Superioris fieri  
deteriores subditos, tum quia aliis modis, ait, non posse  
promoueri tam ampli disciplinam Religiosam, nec in-  
vari solidē subditos, & plenū.

Respondit ad hōc: Optimi inuandorum subdi-  
torum modi sunt, qui maximē conformes sunt spiritu  
Societatis, & mediis ab eā p̄scriptis: curādūng, in-  
primis est iuxta Reg. 33. Summarij, vt in spiritu amo-  
ris, & non cum perturbatione timoris procedatur.

Denique modus accipiendā rationis con-  
scientiā positus post Regulas Provincialis, con-  
firmata meas doctrinas traditas hic de hac re.  
Sic enim ibi Provincialibus prescribitur, &  
idem procul dubio ab aliis Superioribus seruā-  
dum est.

Eam (in accipiendā ratione conscientiā) sua-  
nitatem teneat, vt illa omnia non tanquam index exi-  
gere, sed vt benignus Parens ob subditi consolationem  
cognoscere, velle videatur. Et cap. 14. Regula Pro-  
vincialis 122. sic prescribitur: Post visitatum  
templum & sacrificium, ad visitationem persona-  
rum accedat, & curet, vt omnibus benevolentia exhibe-  
at, ne alicuius mentem subeat suspicio, quod ob fini-  
strias alias informationes, minus hilarem vultum  
ipsis ostendat.

### CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Resoluuntur aliqua dubia circa exigendam  
rationem conscientia.

**Q**üeres quartio. Quid sit faciendum Superio-  
ri, qui nouit subditem, à quo accepturus  
est rationem conscientię, non daturum sūnicerā  
conscientię rationem? Respondeo. Cum hanc no-  
titiā Superior habeat de subdito, antequā  
ab eorationem conscientię accipiat (alloqui nō  
sciret illum eam rem celaturum) multò antē  
debet cum subdito hac de re agere, eum exami-  
nando: & cùm credit eum in ratione consci-  
entię id celaturum, ante illam, eum conuincat de  
rei veritate, illis modis, quibus in variis materiis  
sæp̄ solent delinquentes examinati, & si ne-

N 4 gent,

gent, conuinci, illis temporibus, quæ Superior  
toto anno habet quovis die: cùm quando vult,  
possit, & debeat subditum alloqui iuxta reg. 26.  
Præpositi & 25. Rectoris. Non debet ergo rei-  
cere talia, ad tempus rationis conscientiæ: tum  
ut citè subditum faciat agnoscere delictum, &  
se emendare; & si id meretur, puniat; tum quia  
Societas non vult per talia, reddi odiosam ra-  
tionem conscientiæ, sed vt ex eâ ita contenti  
discedant subditi, vt deinceps sàpè redire cu-  
piant, cum sui syncerâ manifestatione, vt dicitur  
in Instr. 14. n. 2.

*Queritur quintù. Quid faciendum Superiori,*  
si ei constet subditum conspirasse cum suo cō-  
plice ad manifestandum iniucem omnia, quæ  
alterutri dixerit Superior in ratione conscientiæ, &  
vicissim, quæ reddens rationem conscientiæ Superiori.

*Respondeo,* eodem modo quo ad præceden-  
tem questionem, idque magis, quia talis con-  
spiratio est causa sufficiens & gravis, quæ à Su-  
periore tanquam à Judice examinetur, & puniatur.  
Non debet ergo ea reseruare ad tempus  
reddenda rationis conscientiæ, in quâ Super-  
ioribus à Societate est veatum, ne tunc se ger-  
ant ut Iudices, sed tantum ut Patres. Instr. 14.  
num. 2.

*Queritur sexiù. Quid faciendum Superiori, si  
re ipsa deprehendat (vel per schedas occultas,  
sine licentiâ clandestinè missas, sive alio modo  
extra confessionem, & rationem conscientiæ)  
aliquem mentitum esse in ratione conscientiæ,  
& premonitus complices hac de re ad cau-  
telam eius, ut sibi cuiusque rebus consulat, ne  
quis quiçquam eorum patiatur &c;*

*Respondeo* eodem modo, quo ad præceden-  
tem questionem. Cùm enim hæc literarum  
missio in tali materiâ sit gravis, pertinaciosa, &  
rescita extra rationem conscientiæ, est materia  
sufficiens, ut Superior, tanquam Iudex eam ex-  
aminet, & pro meritis tractet. Non est ergo reti-  
cienda ad tempus rationis conscientiæ, sed ante-  
vel post illam potius expedienda: quia in ra-  
tione conscientiæ non debet Superior proce-  
dere ut Iudex, sed ut Pater, & quidem eo mo-  
do, ut subditus ex modo agendi Superioris in  
ratione conscientiæ exigendâ exciterit, ad non  
semel, aut iterum in anno, statis temporibus re-  
currentibus ad Superiorē, sed frequenter, ut  
dicitur in Instr. 14. n. 2. pag. 80. 81. Qod non  
sequeretur, si tales materias Superior differret  
ad tempus rationis conscientiæ.

*Confirmantur primū, supradicta responsa. Vult  
Societas ita à Superioribus exigi rationem con-  
scientiæ, ne fiat odiosa, & ne ab ea abhorreat  
subdit. Hinc P. Claudius & P. Mutius vetant  
procedi ad dimissionem vilius, & ad dilatio-  
nem Sacerdotij & graduum: etiam si in ratione  
conscientiæ rescribentur res dimissione dignæ,  
ac proinde etiam peccata infectiua, valde per-*

nicioſa Societati. Multò ergo minus ratio con-  
scientiæ debet adhiberi ad has malas practicas  
tunç examinandas, & puniendas etiam verbis,  
quia cùm id fieri possit alio tempore conve-  
nientius, non debet reddi odiosa, & horrida ex-  
actio conscientiæ, per rerum talium ad eam re-  
iectarum tractationem.

*Confirmantur secundū, eadem responsa, decla-  
ratione P. Claudij missa Anno 1594. P. Ottoni  
Eisenreich quâ moner, ne Superior exigenſ ratio-  
nem conscientiæ à subdito obligato ad aperiendos casus  
referuatis quicquam interroget, vigeatq; quâ gravis  
sibi onus imponi subditus sentiat: & huius rei hanc  
solam causam alignat P. Claudius. Ne odiosa red-  
datur ipsa ratio conscientiæ. Atqui minus malum  
est, hæc complici conspiratio, quam casus re-  
feruati, clari, & infectiui, multò ergo magis ab-  
stinentum est Superiori, tempore rationis con-  
scientiæ, ab inquisitione talium practicarum  
malorum per schedas, vel alio modo refici-  
rum. Sed cùm pro ratione conscientiæ duæ ho-  
ræ tota anno sint assignatae, pro odiosis verò  
examinibus, & punitionibus tot centena horæ,  
per annum, concessæ Superioribus, non pater-  
nè procederent, si has res valde odiosas differ-  
rent ad tempus exigendæ rationis conscientiæ,  
iudiciale tractatione dignas omnino, non pater-  
no tantum, quo solo Superiores in ratione con-  
scientiæ vi tenentur.*

*Confirmantur tertius, à simili. Monuit P. Clau-  
dius: vt, si subditus sponte suâ ostendat se Superiori  
non esse affectum, & cum eo expostulet, Superior, ac-  
cusing in rationem conscientiæ exemplum ei dare de-  
bet sue patientie: quod commodius postea tempus de-  
tur paternè illum admonendi, eiq; satisfaciendi. Ad  
alium ergo tempus renienda est tractatio de his  
conspirationibus ob eandem causam, ob quam  
Superior hæc iubetur alio tempore satisfacere  
subdito, ethi male tunc se gerenti per expostula-  
tionem contra Superiorē. Imò magis odiosa  
redderetur ratio conscientiæ, si tunc examina-  
retur illa conspiratio, quam si Superior laceſſi-  
tas iniquè à subdito, tunc cum paternè mó-  
neret. Quod tamen non esse faciendum ait P.  
Claudius in Resp. ad Prouerb. Pol. A 1597.  
num. 4.*

*Queritur septimus, si Superior exigenſ ratio-  
nem conscientiæ, inueniat in subdito causas  
dimissione dignas, potestne illum dimittere, vel  
procureare ut dimittatur? Respondeo, non posse;  
iuxta responsum P. Clandij supra allatum nu-  
mer. 103.*

*Queritur octau. An ob similem aliquam cau-  
sam dimissione dignam, rescitam tantum in ra-  
tione conscientiæ, possit Superior talem subdi-  
tum non promouere ad Professionem, vel vota  
Coadiutorum Formatorum, concessâ à Gene-  
rali, vel saltem ad Sacerdotium, tunc, quando  
alii condiscipuli promouendi sunt?*

*Respondeo, non posse id à Superiorē fieri. Ita  
decla-*

declarauit mihi hoc anno P. Mutius Generalis in litteris ad me datis hoc anno. 1640.31. Martij quo anno ista scripti Glacij in Provinciâ Bohemiae.

Respondeo, inquit, subditio iniuria, non posse, quia manifestatio conscientiae ad hoc ordinatur, vi maiorum diligentia, amore, & sollicitudine iuuari. & à pecunia conservari possint subditi, ut dicitur in Examini cap. 4 §. 34. Et in Instructione ad reddendam conscientiam rationem, ideoz, prohibentur Superioribus in Ordin. cap. 1. n. 17. & Instruct. 12. num. 1. eā notitiā sic vti, vt subditorum animi offendantur, sufficiuntur q̄d se eam rem, aut notam aliquam, aut periculum adituros, ne minus commode à Superioribus tractentur. Quod si in aliquo casu dilatio hęc esset omnino necessaria ad praecauda peccata (quod tamen non facile videatur posse contingere) teneretur subditus non solam in illam consentire, ed etiam petere, ut clarum est.

Quies secundū. An eandem solam ob causam idem post aliqui subditio prorogare, seu differre promotionem ad gradum Coadiutorum Fornatorum, vel Professorum tunc quando vel alij. aequē antiqui, promotioni ad ultimum gradum Societatis, & in foro extero nihil tale fiat, & appareat, ob quod alii merito ridenti posse dilata ab immediatis Superioribus promotione, aliqui in Vrbe, & ex Vrbe concessa.

Respondeo, negatiue, ob eandem rationem. Hec P.N. Mutius.

Quaritur novē. Cum unus & quidem praecepit nisi manifestanda Superioribus Societas conscientiae proprias sit, ut Superioribus possint vti eā notitiā ad gubernationem, vt constat ex Constitutionibus, & docet Soarius, nihil utilitatis adferret manifestatio conscientiae, si Superior agnitis gratiis causis in eā, ob quas quis nec ad gradum ultimum in Societate, nec ad Sacerdotium eo tempore mereretur promoveri, non posset illum non promovere, vti declaratum est à R. P. N. Generali Mutio anno. 1640.31. Martij.

Respondeo, omnino praecipuum finem manifestationis conscientiae esse, gubernationem bonum subdit, immo & bonum universale Societatis, vti fuse ostendi in Opusculo de modo dandi rationem conscientiae. 2. Respondeo ad Qualicum primum nihilominus nec potest, nec debet Superior differre promotionem subditi, ad gradum vel Sacerdotium, ob causas ex sola manifestatione conscientiae cognitas, ob quas si aliunde cognitis essent teneretur cum non promovere. Causæ huius rei sunt haec.

Prima. Quia sic iudicauit Praepositus Generalis, Declarationes autem Generalium, vt statutum est can. 21. Congr. 4. Generalis, valent ad proxim' bone gubernationis.

Secunda. A maiore ad minus. Declarauit P. Claudius neminem posse dimitti ob ea, quae ab ipsomet subdito resita sunt in ratione conscientiae etiam extra confessionem facta. Ita declarauit anno 1586. Provinciali Lusitanæ, & anno

1587. 8. Maij Provinciali Germaniae, & anno 1612. Provinciali Poloniae. Et quod maius est, etiam si quis extra rationem conscientiae & confessionem suo Superiori sponte suum delictum dimissione dignum detulerit, non potest ob illo modo cognitum dimitti, nisi id ipse petierit. Ita respondit P. Mutius Provinciali Lithuaniae Anno 1631. 22. Martij. Fundatur haec vtraque declaratio, tum in canone supra citato.

4. Congr. Generalis, tum maximè in Bullā Iulij tertij, in qua statutum est, Praepositum Generalem Societatis, iu habere & autoritatem dubia, quae esse possint in nostro Instituto, declarandi. Hanc autem rem esse ex Substantialibus Instituti, declarauit 5. Congreg. General. Cūm ergo maiores res momenti res sit, dimissio ē Societate, (sæpe pag. 408), necessaria ad præuenienda scandalū, & infestitia aliorum, per quæ bonum Commune Societatis valde laeditur) quam dilatio professionis, vel Sacerdotij, si illud fieri non potest, id est, dimissio, multo minus dilatio Professionis, & Sacerdotij, quo collato, bene potest alii modis iuuari promotus, & gubernationi nil decedere.

Tertia causa. Cum haec differri nec possint, nec debeant, est, quia ob id odiosa redderetur manifestatio conscientiae. Hanc enim solam causam adfert P. Claudius in suo ad Provinciale Germaniae Responso vetante dimissionem. At qui etiam per dilationem gradus, & Sacerdotij redderetur odiosa, ergo differri non debet, nec potest ob res in sola ratione conscientiae intellectas.

Quarta causa. Quia sine dilatione gradus & Sacerdotij, potest prospici & bono subditi, & bono communī Societatis. Nam sola dilatio, subditum non tantum non faciet meliorem, sed peiorē, tum quia vel tentabitur vel exacerbabitur ob eam, & postea nunquam se sincere aperiet. Quod ergo Superior faceret cum subdito malo, eo non promoto, ad gradum, & ad Sacerdotium pro eius bono, & Societatis, id faciat cum eo promoto. Nam eadem remedia ad meliorem eum faciendum, & præstandum à malis, aequē proderunt promoto, ac non promoto. Sicut si ex ratione conscientiae accepta à Professo, & Sacerdote antiquo, Superior veniret in cognitionem similiū rerum, (ob quas, si anteā accidissent, indicasset eum non promovendum) adhiberet ei aliqua remedia, & sua gubernatione viceretur liberē, ita eodem modo similia remedia adhibeat nondum promoto, iuando eum illis, vti iuuaret promotum, promotionem autem non differat, sed ita promouendum iuuet, & bono communī prospiciat, si eum iuuaret similes ob causas, vell lapsus, promotione, Imo facilius acceptabit remedia, & auxilia Superioris, subditus nondum promotus, sed paulo post, suo tempore non dilato, promouendus, quam pridem promotus, & de se plus ob gradum.

gradum vel Sacerdotiam, vel antiquitatem præsumens, si in casu non promoti sit lapsus. Verè ergo dilatio professionis, & gradus non est necessaria ad bonam gubernationem, nisi forte ob pœnam, ut sic puniatur subditus dilatione illâ. Atqui hoc non licet, ut toties dictum est.

*Quinta causa est.* Quia Superior in exigenda ratione conscientiae, non debet procedere ut Index, sed ita blande & amanter debet excipere subditos, ut haec ratio conscientiae redditus, occasio fiat, non semel, aut iterum in anno statim temporibus ad eum recurriendi, sed frequenter eos adeundi, ut prescriptum est instructione 14.n.2.pag.80.8t. Quod si, sive in pœnam, sive non in pœnam, in iusto subdito, differeretur ei gradus vel sacerdotium, tantum abest, ut rediret ad Superiorem, ut eum potius fugeret tanquam hostem, ut videmus fieri ab iis, qui semel dure & asperè sunt excepti in ratione conscientiae, quam deinde nunquam talibus tunc erè aperiuntur, in modo & aliis non asperè procedentibus fidere non audent sua secretiora, iuxta illud: *Piscator iulus sapit.* Ea est humanae miseriae conditio. Quod enim ab uno Superiore passi sunt, timent, ne patientur ab alio. Quam etiam ob causam nec Confessario in Confessione graviora detegunt, dum eum habent pro duro & terribili, sed vel sacrilegè confitentur, vel alios querunt, de quorum paterno agendi modo sunt bene persuasi. Et hoc sapissime, & ordinariè ubique contingere vidi, ubi sunt rigidi animarum Moderatores, Iudicis magis quam Patris speciem præferentes, in modo peiores Iudicibus, quia hi tranquillo animo debent contra reum suam ferre sententiam, non cum furiâ & bile.

*Sexta causa est.* Obligatus est Superior tenere tale secretum circa auditâ subdito, ne alij id agnoscant, aut suspicentur aliquid mali esse recessum, dum illum viderit male tractati postea, ut dicitur, & in Ordinationibus & in Instructionibus, & in Responsis Generalium. Atqui dilatio rerum supradictarum est non verbalis, sed realis reuelatio secreti: quilibet enim facilè ex hac dilatione agnosceret, saltem suspicabatur, aliquid recessuisse in ratione conscientiae Superioris, propter quod distulit subdito gradum: quando aliqui in foro externo nil tale in subdito ab aliis animaduersum sit, quod eam dilationem mereatur.

*Septima causa.* Vetus est Superioribus, ne exigendo rationem conscientiae, dure & asperè, & iracundè tractent subdito, & ostendendo se credere eius accusatoribus, ei que minari (ut paulo post ostendam in locis quæ citabo.) Atqui multò grauior est res, dilatio publica, omnibus admiratione patiens, gradus & sacerdotij, quam Capitula iracunda Superioris, & minus verborum secretæ, ergo multò minus ea licet differre, si in foro externo causa non sit ab iis

data, sed ex sola ratione conscientiae agnita.

*Otiosa causa.* Prescripta P. Claudius, ne, dum Superior exigit rationem conscientiae, velit à subdito peccata sibi dici extra confessionem, quæ sunt materia confessionis, ne hac ratione confundatur subditus, & ne ea extra Confessionem resculta ab eo, impediatur postea manifestationem rerum scitu necessariarum Superiori. Atqui hæc dilatio non minus est apta impediare deinceps manifestationem sui in subditis: non debet ergo fieri.

*Dices,* hoc modo eneruabitur disciplina, Superior non poterit adhibere remedia, abutentur subditi benevolentia Superioris, & suavitate, non se gerent ut filii, defectus non emenabuntur.

*Respondeo.* Per hos 50. annos, quos in Societate exegi, me obseruasse accuratissime, in omnibus illis Societatis Domiciliis, in quibus Superioris paternè procedebant cum subditis, sine itâ, fine minis, furorem magis quam feruorem spirantibus, fuisse valde bonam disciplinam religiosam. E contrario, vbi vidi Superiores despoticè gubernantes, asperè, non suaviter, impetuosè, vno verbo, non paternè, semper vidi & inquietissima Domicilia, & malam disciplinam. Nam despoticè gubernantes non tantum non componunt suos ad pacem, & obseruantiam regularum, sed magis exasperabunt, ut (vt hic dicitur) in *Trutz*, hoc est, in contemptum faciunt multa Superiori tali. Vnde solent dicere passim subdit: *Non procedit nobiscum ut Pater, ne nos eum tractamus ut filii.* Ideò in simplicitate exigenda est ratio conscientiae, ut prescriptum est, & erit bona disciplina religiosa ubique, si Superioris seruabunt suas Regulas, & monita Generalia ac Ordinationes: præsternit si faltem æquæ erunt solliciti in corde, de profectu suorum in spiritu, & si talem sollicititudinem ostendit in factis, qualem habent circa viatum, vestitum, pagos, prædia, debita, fabricas; & si non erunt Procuratores sed Medici, non tanquam extraneos, sed tanquam proprios suos filios partulos, sibi chariflmos, curantes: tum ut sani præseruentur à morbis.

*Dices,* et si monitum illud de odiosis, & quæ correptione aliquâ indigent, ad aliud tempus reiciendus, videatur satis opportunum pro Superioribus localibus, tamen Prouinciali non videtur practicabile, cum ille non nisi semel in anno veniat ad Collegium, quo tempore ordinariè rationem conscientiae accipit: & si audita non dicat, inutilis erit ratio conscientiae, & disciplina non promouebitur.

*Respondeo,* magis esse practicabile Prouincialibus, quam Superioribus localibus, ne tempore rationis conscientiae odiosa ab aliis auditâ, dicant reddenti rationem conscientiae. Primo, quia Prouinciales paternè gubernantes, nec de-

debet, nec solent, defectus antiquos punitos, & emendatos à Superioribus localibus, expellere, vel commemorare subdito; alioqui & Superiori localem ei reddunt, vel aliquem alium exosum, quod de punitis defectibus nouum procuret vindictam, vel paciam, scilicet Provincialis monitionem, vel reprehensionem, quam magis sentiunt, quam præteritas penitentias das pro defectibus: quod ne quidem iudici licet, ut bis puniat unum celus, antea sufficienter punitum ab alio. Ideo si antiquos defectus non exprobret, non habebit materiam magnam rerum odiosarum, sed eam tantum, quam ipse subditus reddens rationem conscientie adferat, quam adferendo non ageret, si monebit eo modo, quo est præscriptum, scilicet tanquam à Patre amanter, blande, & suauiter, non peius, quam à Iudice, asperè & dure, quia hoc nec iudici licet, dum condemnat reum cum furia, & irâ, sed placide & sine commoto animo.

Secundò. Quia eti nosq; & multi defectus ignori Superioribus localibus Provinciali de aliis dicentur, potest illos ad finem visitationis (ut mos est in Provinciis bene ordinatis) reiicere, & tempore rationis conscientiae tantum illos paternè & more Medici (qui non furit præscribendo remedia, & inveniendo cauterium) corrige, quos sibi subditus de se dicit. Quod si ille petet tunc sibi dici defectus, ab aliis relatios, etiam tunc ei dicere potest, (nam volenti & pententi non sit iniuria,) nec offendetur, si ei dicantur à Superiori tanquam à Patre & Medico, amanter, & blande, & suauiter, non tanquam à Iudice malo (nam etiam bonus iudex, vt data opera id sive inculco, non debet irasci dum fert sententiam,) & permitendo, vt se excuser, & ostendendo le non credere accusatoribus: quod est præscriptum Superioribus, etiam aliarum Religionum à Sanctis. Nostris vero etiam extra tempus rationis conscientiae, id est præscriptum.

Vt clarè appareat ex Instruktione datâ Superioribus A. 1604. c. 1. pag. 17. & Industr. c. 2. nu. 2. & 4. pag. 14. 15. 20. Et c. 4. Industr. nu. 3. & in Epist. P. Claudi ad Superioribus pag. 103.

Ad hæc amouenda incommoda suprà commemorata, prudenter quidam Provinciales dū Domicilia visitant, ratione visitationis ter allocuant singulos. Primi, interrogant de statu Domiciliij & personarum: an aliquid occurrat in primis emendandum in aliquâ persona domesticâ, vel templo, vel scholis, vel domi, vel in prædiosis, vel in missionibus viciniis. Et tunc ad scripto nomine eius, qui aliquid de altero dixit, annotant in aliquo libro, vel chartâ, quod suprà dixeram, non faciendum tempore rationis conscientiae.

Postquam sic omnes allocuti fuerint, tunc primum secundâ vice à singulis exigunt rationem solam conscientiae: nil aliud, & tunc inqui-

runt, an re aliquâ indigent, aut letamine aliquo opus habeat in labotibus; & prouident, prout opus est.

Tertiâ vice post factas Consultationes, cùm Superiori, & Consulitoribus de rebus præcipuis, si quæ erunt consultandæ, & examinatis benè rebus in primo alloquio auditis, vocant singulos illos, qui monenti sunt de re aliquâ, & iis prius interrogatis, an ita se habeant, quæ de iis audiuerunt, dicunt paternè, quæ dicenda putant pro eorum bono, eo modo, quæ à P. Claudio commendatum supra posui.

Quod si iidem etiam habeant aliqua laude digna, prius, antequam cum iis de defectibus eorum agant, illos laudant, agunt gratias pro laboribus, animant, donant etiam aliquid, si id expediat pro catechismis, vel pro premissis diligenciorum Scholasticorum donandum: & tum demum tractant paternè de defectibus eorum emendandis, eo modo, qui suprà declaratus est, & à se dimittunt contentos, vñque adeo, vt obseruarim in illis Provinciis, quibus paternè exigunt ratio conscientia, subditos remanere tristes, dum Provinciales virgente aliquâ causa coacti discedere, non visitatis omnibus, aliquos ad se non vocarunt ad reddendam rationem conscientiae. Quod manifestum signum est, tales Superiores eo modo exigere solitos fuisse rationem conscientiae, qui præscriptus est à Societate, & à me supra explicatus: alioqui quando non vocati sunt ad reddendam rationem conscientiae à Superioribus dure & asperè illam exigere solitus, vehementer latantur. Quod ipsum certissimum argumentum est, eos non exigere eam eo modo, qui à Societate, & S. Fundatore præscriptus est, siquidem ex eo modo, vt supra vidimus, sequi solet, vt subditi extra statu et. iam tempora frequenter ad Superiores recurrant, cum sui manifestatione, cum quâ à duris Superioribus fugiunt subditi, & quantum fieri potest, etiam occursum eorum, & aspectum declinant.

Quid iugum vestrum, inquit S. Bernardus, Superioribus duros alloquens, super eos aggrauatis, quo- Canticum. rum potius onera portare debet: Cur morsus à serpen- a. Orig. te parvulus, fugit conscientiam Sacerdotis, ad quem tr. 35. in March. eum magis oportuerat tanquam ad finam recurrere Hil. c. 33. matris: E contrario vero, cum prioribus illis ita in March. confiderent agunt, vt si contingat aliquem sub- Amb. l. ro. ditum labi in casum aliquem reseruatum, per se in Luc. et extra rationem conscientiae libenter detegar, Chrysostom. scientes se eum in finu amabilissimi Patris de- 21. in Ro. posturum, & viscera misericordia in eius ore h. 38. in & peccato inuenturum: sicut apud Christum March. in mor. & inuenit Magdalena, & mulier in adulterio de Hier. ep. prehensa, & latro in cruce, et si paulo ante (pu- 148. Athan. s. tant aliqui Patres, a. & videretur colligi ex Euan- de pass. & gelio b.) ei ambo impropauerint, & coniuncti sunt crucem.

Dices, videri politicum esse modum agendi, si Propri. Superiori subditi correcturus defectus, enim cōt. col. lat. c. 14. prius

6. Match.  
27. 44.  
Marcii 15.  
32.

prius laudet, & hoc artificio sibi cius benevolentiam conciliat: qui modus agendi politice, videtur alienus à religiosa simplicitate.

*Respondens adferendo præclarum dictum R.P. Mutij, quod in septima Congregatione Generali audiui, ex sapientissimo eius ore profectum, quo quandam Professum sicutum indistetum, & crudis ac agrestibus imbutum moribus, paternè redarguit, cum suavitatem in agendo cū subditis Superiorum quorundam, appellasset politicam. Dixit enim ei, duplē esse politicam, quandam perniciōsam, quam mundi homines dolis, & fraudibus, & astutia pleni, ad finēs merē humanos, vel etiam perniciosos insincerē, aliud in corde, aliud in ore habendo, per media dolosa adhibent; aliam verò esse spiritualem cælestem & diuinam. Et talis est hæc, quā suadetur conciliatio benevolentia subdit, per laudes, per munuscula, per alia benevolentia Superioris argumenta. Hoc ita esse primò patet: quia hoc ipsum apertè docuit R.P. Claudius, nostrus sapientissimus Præpositus Generalis, qui laudationem subdit, etiam non optimi, immo & suspecti, suavit Superioribus, dum illi habent aliqua laude digna.*

*Secundo. Quia R.P. Claudius suum confirmat monitum doctriñam S. Gregorij, imo verò Spiritus & traditā per Apostolum, citatum à S. Gregorio: Nihil prætermittat Superior, inquit P. Claudius, per se, & per alios idoneos, quod ad eximendas suspicções, & gignendam amoris suis opinionem facere posse: certus, nisi hoc fecerit, nulla medicamentorum genera profutura: memineritq. sententia Dñi Gregorij, quam sanctus ille Pater, & ex longa experientia didicerat: & ex sacris literis, exemplo confirmat Apostoli: qui obiurgaturus grauerit Corinthios, ita eos ante laudauit, ut post plurimas laudes intulerit; ita ve nibil nobis deest in illa gratia. Sed ut Sanctus hic ait, prius superborum brachia studiat per blandimentorum vincula reliquare, ut postmodum potuisset vulnus superbie ferro correctionis incidere. Erant profecti in Corinthis: & que laudari debuissent, erant & que argui. Peritus itaque Medicus, prius sana membra, qua circa vulnus erant, laudando palpauit; & postmodum putridum sinuum vulneris feriendo transfixit. Hactenus S. Gregorius & P. Claudius.*

*Addo ego in confirmationem huius rei, duo alia testimonia, ut appareat, talem Superiorum agendi modum cum subditis, non esse natum ex detestandâ mundanâ politica, sed ex cælesti, ab ipso Deo docente nos per Scripturam, derivatum.*

*Primum incipiam à S. Gregorio alibi hoc ipsum ex professo tractante, dum tradit modum Ecclesiasticis Pastoriibus, subditos tractandi: Plerumque, iuquit, utius apud illos (subditos) proficiamus, si & eorum bene gesta memoramus, & si quā ab eis inordinatè gesta sunt, non iam tanquam perpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeat prohibemus; ut & illa quā approbamus, illatus falso*

(scilicet laudatio subdit) augeat, & contra ea, quā reprehendimus, magis apud pusillanimis exhortatio recunda conualefacat. Vnde idem Paulus cùm Thessalonienses in acceptā predicatione perdurantes, quasi de vicino mundi termino, quadam cognoscerei pusillanimitate turbatos, prius in eis, quæ fortia prospicit, laudat, & caute monendo, postmodum quæ infirma sunt roboret. Att enim: Gratias agere debemus Deo semper pro nobis Fratres, ita ut dignum est, quoniam supercessit fides vestra, & abundat charitas vniuersitatisque vestrum inuicem, ita, ut & vos ipsi in vobis glorieretur, in Ecclesiis Dei pro patientia vestra & fide. Et cùm blanda hec vita eorum praeconia premisset, paulò post subdit dicens: Rogamus autem vos Fratres (note Leitor, n̄ iracundè, nil imperiosè, ab Apostolo dici, sed rogantis more, non præcipientis) Rogamus, inquit, vos Fratres, (blanda appellatio: non vocat filios, eti⁹ possit tanquam eorum Superior, sed ac si esset aequalis, Fratres) per aduentum Domini nostri Iesu Christi (non per minas excommunicationis) & nostra Congregationis in id ipsum, ut non citè moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi infra dies Domini. Egit enim verus Doctor, ut prius audiret laudes, quod recognoscerent, & postmodum, quod exhortati sequerentur: quatenus eorum mentem, ne commotio subiuncta concuteret, laus premissa solidaret: & quā commotos eos vicini finis sufficiōne cognoverat, non iam redarguebat morbos, sed quasi transacta nesciens (ecce cælestis politica) adhuc commoueri prohibebat. Non est ergo mundana politica, tali artificio ex charitate sincera, non fucata, non duplicit, orta, subditos sibi reddere benevolos. Sed modus contrarius, olet nouercale cor, & barbarum, vel certè rusticum, ne dicam tyranicum, à Sanctis damnatum.

*Secundum testimonium Gregoriano antiquissimum est S. Chrysostomi, qui hoc ipsum pluribus in locis adhuc ingeniosius obseruant in epistolis S. Pauli Apostoli, immediatè à Spiritu sancto ei dictatis (vti nos fides Catholica docet) proinde indicantibus hanc politicam & hac artificem à Spiritu sancto, nos ea docente, nobis esse ad imitandum proposta: siquidem idem Spiritus sanctus dictauit S. Petro & Paulo Apostolo, aliquot in locis eis ut imitemur, in suavitate agendi & imperandi subditis, supra ponderatā cap. 2. & in eorum expressa epistolis 1. Petri, 2. 11. Rom. 12. 1. 1. Cor. 1. 10. & c. 4. 16. & c. 11. 1. & cap. 16. 13. 16. Gal. 6. 1. Philip. 3. 17. Ephes. 4. 1. ad Philemonem versu 8.*

*Non est ergo politica mundana, sed cælestis, ab ipso Deo visitata, & nobis ad imitationem proposta, ut laudibus, & beneficiis, & aliis honestis modis, animos aliorum deuinciamus nobis, antequam eis aliquid proponamus, amore proprio insipidum, ut est correctio defectuum, vel sola eorum indicatio.*

CAP.